



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Etiam qui inuiti sua bona amiserunt, consolatione non carent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

## V.

Interim, vt & illos consolemur, qui diuitias inuiti amiserunt, eamque amissam nimio perè dolent, sciant se dolendo non fieri ditiores, sed miseriores. Nam idcirco eos Deus minus curat, quia illi nummos nimis curant. Aerario, aut marsupio debet esse similis homo. Aerario vel marsupio perinde est, siue plenum, siue vacuum sit: si infers, accipit; si aufers, silet. Non gemit, non clamat, non vociferatur; seu fur, seu dominus accedat, suo loco manet; idem est illi repleri, quod exinanigi. Interrogata est beata memoria Synclética: Si perfectum bonum est, nihil habere. Et illa dixit: Valde bonum est his qui possunt. Etenim hi, qui tolerare possunt, tribulationem quidem carnis habent, sed anima requiem possident. Itaque et si aliquid subinde desit ijs, qui suis bonis exuuntur, atque ideò in opia laborare, & penuria premi dicantur, id tamen aliunde compensatur. Mentiis quies, & anima tranquillitas facit, vt quod carni deest, non aestimetur. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum, ait homo simplex, & rectus, ac timens Deum. At tu, o impatiens, quid clamas? Pecuniam perdidisti! Fortasse te illa perdidisset. Pecuniam perdidisti! Sed habuisti. Pecuniam perdidisti! Sed habebis inde periculi minus! Pecuniam perdidisti! O te felicem, si cuam illa auaritiam perdidisti. Sed si manet illa apud te, es tamen utcumq. felicior, quod tanto malo materia subducta est. Perdidisti pecuniam! Et illa quidem quam multos? eris nunc in via expeditior, domi tutior. Non habebis, sed non timebis heredem. Exonerauit te fortuna, si intelligis, & tantiore loco posuit. Damnum patas remedium est. Desles, gemis, miserum te clamites, quod opibus excessus es? Tuo vitio ista tibi iactura tam trifliss est. Non tam molestie feres, si tanquam perditurus habuisses. Perdidisti pecuniam! nempe quam, ut tu haberetis, alius ante perdidera. Vide Petrarch. l. 2. de remed.

## VI.

2. Cor. 12. 16. Quid si vel inuito ademtæ opes prosint, atque is maximè profit, qui vel maximè videtur nocuisse? Cum essem astutus, inquit S. Thom. 2. 2. Apostolus, dolo vos cepi; hoc est, artificiosa solertia, & cauta prudenter vos conuersti. Nam, vt S. Thomas existimat, eo loco, abusiuè in bonam partem accipiuntur. Sic decipi, non est iniuriam pati, sed beneficio affici: ditatque alterum, qui eum dolo bono Hilt. Lausiac, spoliat. Audi factum felix euenu, forte conatu, quod merito He- lenopo-

In vitis PP,  
lib. 5.

Iob. 1. 23.

2. Cor. 12. 16.  
S. Thom. 2. 2.  
q. 55. art. 4.  
ad 1.

Pallad. c. 6.